



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An in dubio commissi homicidij quis censendus fit irregularis, vel non?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

SECTIO II.

De homicidio casuali, &  
de omnino involuntario.

§. I.

An ex homicidio casuali, quod ex  
opere licito secutum est, contrahatur  
irregularitas?

Casuale homicide hic dicitur illud,  
quod per se quidem & directe in se  
volatum non est, indirecte tamen, & in sua  
causa volatum fuit; casus enim, qui praeter  
intentionem operantis contingunt, &  
ab eo praevisi non sunt, imputantur ta-  
men illi ad culpam, (saltem in foro ex-  
terno) si ex opere illo per se, & necessa-  
riò sequuntur, vel saltem ut plurimum  
evenire soleant. Potest autem dupli-  
cmodo contingere, ut homicide ca-  
suale ad culpam aliquai imputetur, si dilig-  
entia non adhibetur sufficiens ad pre-  
cavendum illud, & si quis operam det  
rei illicitæ.

Si proinde rei licite operam quis de-  
dit, & adhibuit sufficientem diligentiam  
ad cavendum homicide, per accidens  
tamen, & praeter intentionem, aut praे-  
visionem hujus, homicide ex parte tali  
sequatur, non contrahit ex eo irregula-  
ritatem, quia in tali casu nec ob negli-  
gentiam aliquam in præcavendo periculo,  
nec quod operam dederit rei illicitæ, im-  
putari potest ad culpam illi homicide  
tale, prout probatur ex c. 9. 13. 14. 15.  
16. 22. 23. & 25. b. t. Quid si tamen  
operam quidem dedit rei licite aliquis,

culpam tamen seu negligentiam in amo-  
vendo periculo homicidi committat, eo  
secuto, incurrit irregularitatem c. 7. &  
8. b. t. quia homicide illi imputatur,  
qui periculum, ex quo facile homici-  
dium, & sèpe sequitur, non præcavet.

§. II.

An in dubio commissi homicidii  
quis censendus sit irregularis, vel  
non?

In dubio commissi homicidij, sive in  
dubio facti, ubi certum jus est de irregu-  
laritate statuta, dubium tamen est, utrum  
hic, vel ille homicide commiserit,  
censendus est in utroque foro, talis du-  
bitans irregularis, c. Ad audientiam 12.  
b. t. quia debitam diligentiam hic non  
adhibuit ad præcavendum homicide.  
Si vero sit dubium juris, id est, si dubita-  
tur, utrum pro hoc vel illo casu irregu-  
laritas in jure statuta sit, in neutro foro  
censi qui debet irregulatis, c. Is qui.  
18. de sent. excom. in b. cum irregulari-  
tas non incurrat, nisi sit in jure statuta.  
Et quamvis in alia etiam irregularitatibus  
praeter irregularitatem homicide, nec in  
dubio facti, nec in dubio juris incurrat  
irregularitas, cum in dubio delicti, fa-  
vorabilitores rei partes semper sint ad ab-  
solendum, quam ad condemnandum,  
& in materia odiosa ultra calus jure ex-  
pressos non sit extenso facienda (& hinc  
non debet inferri, quod etiam irregulari-  
tas incurrat in dubio facta multila-  
tionis) speciale tamen hoc à jure habet in  
dubio facti homicide irregularitas, ubi  
tutor pars ad multa scandala & incon-  
venientia cavenda, observanda videtur.

Cccc 2      §. III.